Petrum Koscieleczki, telonei Radzieiouiensis in Palatinatu
Cumuladislauiensi tenutarium de bonis illius omnibus. Ad
Instantiam Instigatoris nostri et Reipublicæ ex delatione tbe:
saurii regni nostri occasione quartæ partis prouentuum semi:
duplæ ex eodem telonio Radzieiouiensi tenutæ citati, minus
Reipubcæ ex præscripto constitutionum regni, iuxta taxam
Reuisionum seu lustratorum prouenien. pro anno Millesimo
Sexcentesimo Tertio ad tempus constitutionibus regni assigna:
tum, Quam non illatæ nec exolutæ. Citan' eundem ad pri:
uandum tenuta telonei præfata. Prout citatio præfata taxa
quinq; millium marcarum polonicalium in se continens latiùs
de præmissis testatur. In modernis itaque regni comi:
tijs, termino ex eadem citatione minente, et sicuti continu:
ato. Instigatore nostro per se. Citata uerò per Nobilem Joan:
nem Węgierski Plenipotentem suum coram nobis comparen.

Instigatoregue ex sua citatione proponente, citata uerò parte pesteem non tantum m' prouincia sed etiam domi suæ grassantem, à qua negue saltenus immunis est allegante. Nos cum Consiliarijs et Senatoribus regni nri ad præsenteem conuentum congregatis latenus assidenti: bus, necnon cum nunc̃ijs Terrestribus ex ordine equestri ad iudicandas causas quarte partis deputatis, audita partium controuersia, eo attento quod citatus m' exoluẽ pro tempore assignato quarta parte se se iuxta Constitutiõ: nes regni non conseruauit. Ideò inhærendo eisdem Cõ: stitutionibus regni eundem citatum teloneo de quo con ue: nitur priuauimus, et abiudicauimus, priuamusque et ab: iudicamus. Decernentes debere ac teneri citatum telo: neum præfatum Radzieiouiense, in possonem nostram mittere, illudque deoccupare. Et nihilominus quartam retentam in proximè et immediatè futura sessione Pentecostes iuxta sup: putationem thesauri Regæ persoluere. Damque ex nunc ad: dimus Ministerialem Terrestrem cum Robis quoscunq; sibi Instigator ad id conducere poterit, ad intromittendum eundem Instigatorem nomine nostro tàm m' teloneum præfa: tum, quàm in bona citati propria, m' summa retenta, quam in: tromissionem pars citata impugnare et denegare non debet. Sub pœna taxæ m' citatione expressæ uidt quinquè millium marca: rum polonicalium, quam iam ex nunc super citato m' defectu satisfactionis decernimus. Casu uerò non admissæ uel quouis modo denegatæ possessionis, remittimus causam præsentem cum toto eius effectu, ad loci illius Capitaneum et Capitaneos sub cuius et quorum Iurisdictione bona tàm nostra, quàm citati consistunt, pro executione finali præmissorum om: nium, iuxta formam iuris et statuti dispositionem faciẽda

et terminan^{2}

et terminanda presentis decreti nostri rigore. In cuius rei fidem rē. Datum Varsoviæ in conuentu regni Gnāh Sabba: tho ante Dnicam Misericordiæ proximo. Anno „ Regnor ~~ut sup.~~ 1606 nror Polonici XIX Suetici XIIIo Altrō Rndus in Xto Pr rē.

Intercundem et Inv:
sum Albertum Bobola.

SIgismundus rē. Significamus rē.

citatum fuisse ad nos ad conuentum regni grālem Gnosum Alber: tum Bobola Administratorem teloneorum Russiæ de bonis il: lius omnibus. Ad instantiā Instigatoris nostri et Reipublicæ, ex delonē thesauri regni nostri ratione quartæ partis prouentuum, ex eisdem theloneis Russiæ administrationis citati in usum Reipub.ce ex præscripto constitutionum regni, ratia taxam Reuisorum seu lu: stratorum prouenientis pro duobus quartalibus anni Millesimi Sex: centesimi Tertij ad tempus constitutionibus regni assignatum Ra: tam non illatæ, nec exolutæ. Citando eundem ad priuandum admini: stratione præfata theloneorum. Prout citatio præfata taxam quinquè millium marcarum polonic. in se continens latius de præmissis te: statur. In modernis itaque regni comitijs, termino ex ea: dem citatione incidente et hucusque continuato. Partibus præfatis Instigatore nostro per se. Citata uerò per Nobilem Martinum La: skowski Plenipotentem suum coram nobis comparentibus eumque ter: minum attentantibus. Et instigatore nostro ex sua citatione pro: ponente. Citata uerò se eam partem quæ ipsum concernebat iam exoluisse respondente, quietationemque eo nomine producente, et si quid adhuc desiderabitur soluere paratum esse. Instigatorem uerò residuum a prioribus eius thelonei possessoribus, requirere debe:

re allegante. Nos cum Consiliarÿs et Iurispe:
ritis regni nostri ad præsentem conuentum congregatis
latere nostro assidentibus, necnon cum nuncÿs Terrestri:
bus, ad iudicandas causas quarte partis ex ordine egue:
stri deputatis eo attento quod calculus et rationes præfa:
te absque prioribus possessoribus, rite peragi non possût.
Ideò causam præsentem tantisper in suspenso esse debe:
re decernimus donec Gnosi Nicolaus Krowiecki Capneus
Celmensis et Paulus Orzechowski Succameranius Cel:
mensis, ad causam præsentem fuerint adcitati; quam in
rem eisdem partibus terminum in proxime futuris comi:
tÿs ubicunque locorum celebrandis peremptorie præfigi:
mus et conseruamus præsentis decreti nostri virore. In cuius
Datum Varsouiæ in conuentu regni generali Sabbatho
ante Dominicam Misericordiæ proxime. Anno Regnor
ut supra. Altio Andi in Cro Patrus 2e.

Inter fundem et suc:
cessores Bogusz.

Sigismundus 2e Significamus 2e
citatos fuisse ad nos ad conuentum regni generalem
in genere uniuersos Gnosi olim Bernardi Bogusz
Zwolenensis nostri Capitanei, et bonorum nostrorum
Ruda tenutarij et possessoris successores, bonorumque
illius quoius iure possessores, in hac parte et causa mi:
uisos una cum cutoribus illorum. Ad Instantiam In:
stigatoris nostri et Reipubcæ ex delatione thesauri 2e:
gm nostri.

Jmi nostri, propterea quia prædictus prædecessor illorum possidens
bona nostra regalia Ruda quartam partem prouentuum semiduplæ
uxta taxam reuisorum seu lustratorum ex bonis prædictis Ruda,
per prænominatum olim antecessorem illorum possessis, m usum Rei:
publicæ ex præscripto constitutionum regni prouenien. pro anno Mil:
lesimo Sexcentesimo Tertio ad tempus constitutionibus regni assignat.
Rauam non mtulit nec exoluit, neque illi existentes bonorum ipsius
possessores idipsum præstiterunt. Prout citatio præfata taxam quing.
millium marcarum golomcalium m se continens latius de præmissis
testatur. In modernis itaque regni comitijs termino ex eadem ci:
tatione minente et huusque continuato. Instigatore nostro per:
sonaliter coram nobis comparente. eumque terminum attentan.
citata uero ter et ultra solitum quater uoce Ministerialis Terti.
Gnalis Nobilis Cristoferi Czyzowski ad nos clamata, et nec perse,
nec per Plenipotentem suum comparente. Nos cum consili:
arijs et Senatoribus regni ad præsentem conuentum congrega:
tis lateri nostro assidentibus, nec non cum Nuncijs Terrestribus ex
ordine equestri deputatis, audita Ministerialis prafati relatione,
de acclamatione partis citatæ facta m contumaciam eiusdem, Ad
legittimam uero mstigatoris nostri affectationem, eandem partem cita:
tam m toto causæ suæ huero pro toto Instigatori nostro præfato iudi:
cialiter condemnauimus, idque iuxta citationem litteralem nostram
qua citati erant m hæc uerba. Sigismundus III. Dei gratia Rex
Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samo:
gitiæ Liuoniæque &c. Necnon Suecorum Gothorum Vandalorumque
hæreditarius Rex. Vobis m genere uniuersis Snosi olim Ber:
nardi Bogusz Lwolenensis nostri Capitanei et bonorum nostrorum
Ruda tenutarij et possessoris successoribus, bonorumque illius quouis
iure possessoribus, m hac parte et causa mdiuersis, quorum hic nomina
et cognomina pro expressis habere uolumus, una cum tutoribus uestris
si qui uestrum eis mdiguerint, de bonis uestris omnibus mandamus,

ut coram nobis et Consiliarijs regni latere nostro assi:
dentibus in Conuentu regni generali Varsuiæ, aut ubi:
cunquè locorum proxime celebrando. Ad Instantiam
Instigatoris nostri et Reipubcæ personaliter et pere:
ptoriè compareatis. Cui ex delatione Thesaurij regni
nostri uos citat pro eo. Quia prædictus prædecessor ue:
ster possidens bona nostra regalia Ruda, quartam par:
tem prouentuum semiduplam, iuxta taxam reuisorum,
seu lustratorum ex bonis prædictis Ruda, per prænomi:
natum olim antecessorem uestrum tentis et possessis, in
usum Reipublicæ ex præscripto Constitutionum regni,
prouenientem, pro anno Millesimo Sexcentesimo Tertio
ad tempus Constitutionibus regni assignatum Rauam
non intulit, nec exoluit. neqùe uos existentes illius le:
gittimi successores idipsum præstitistis, in damnum fisci
nostri et Reipublicæ quod astimatur contra uos quin:
què millibus marcarum pecuniæ. Igitur præmissa su:
per uobis et bonis uestris omnibus decerni sitis attenta:
turi, Et nihilominus ipsa retenta soluturi. Ad præ:
missa uobis latius in termino objicienda et declaran:
iudicialiter responsuri. Datum Cracouiæ feria secun:
da post Festum Sanctæ Margarethæ proxima. Anno
Dñi Millesimo Sexcentesimo Quarto. Itaquè in uim lu:
cri decreuimus decernimusquè quatenus pars citata:
ta ex bonis suis propriis pro summa ex retenta quarta
prouenienti iuxta taxam superius expressam satisfaciat.
Jamquè ex nunc ad eiusdem Instigatoris nostri ulterio:

rem

rem et legittimam affectationem Ministerialem Terrestrem ge:
neralem cum Nobilibus, quoscunque sibi ad id elegerit, eidem
Instigatori nostro addimus, ad intromittendum eundem Insti:
gatorem nostrum, in bona citatorum propria in summa taxe
superius expressæ. Quam quidem intromissionem pars citata
denegare dictamque possessionem præpedire non debet sub uadi:
is triplicatis taxæ prefatæ correspondentibus videlicet giu:
decem milium marcarum quæ iam ex nunc interponimus sa:
su uero quo citata pars eandem intromissionem denegaret, uel
possessionem pacificam præpediret, remittimus causam præsen:
tem cum toto eius effectu ad loci et locorum capitaneos sub cu:
ius uel quorum iurisditione bona citatorum pfatorum propria
consistunt pro finali præmissorum executione iuxta formã
iuris et statuti dispositionem facienda et terminanda, sub pe:
na in negligentes capitaneos legibus regni sancita. In cuius ꝛ.
Datum Varsoniæ in conuentu regni generali Sabbatho ante
Dnicam conductus Paschæ proximo. Anno Dñi Millesimo
Sexcentesimo Sexto. Regnorum nostrorum ut supra
Altro Andriss. in Bro Pers ꝛ.

Inter fundem et suc:
cessores Zborowski.

Sigismundus ꝛ. Significamus ꝛe.

Vocatos fuisse ad nos ad conuentum regni generalem
litteris citationis nostræ Magnificas Zophiam Magnifici
Georgij Radziwil Castellani Trocensis, et Annam Nosi
Adami

Adami Sandiuogÿ Czarnkowski maioris Poloniæ Ge:
neralis Capitanei consortes filias. aliosque omnes et si:
gulos successores et possessores bonorum Magci olim Joan:
nis Zborowski Castellani Gneznensis et Capitanei Grau:
dentinensis. Ad instantiam Instigatoris nostri ex
delatione thesauri occasione quartæ partis proventuum,
ex Capitaneatu prafato Graudentinensi pro anno Mille:
simo Sexcentesimo Tertio tam per præfatum Antecesso:
rem ipsarum quam per ipsas Dnas pro tempore Constitu:
tionibus assignato, non solutæ. Prout citatio præfata ta:
xam quinquè millium marcarum in se continens latius de
præmissis testatur. In moderno itaquè Comitÿs Pez:
mino ex eadem citatione incidente et huiusquè continu:
ato, Partibus Instigatore nostro per se, citata uerò præ:
dicta Anna Czarnkowska per Nobilem Casparum Brze:
zniezki Plenipotentem suum coram nobis comparenti bus,
eumquè terminum attentantibus. Et instigatore quidē
ex citatione prefata proponente. Citata uerò nomine
superius nominatæ Annæ Czarnkowska solutionem pro
sorte sua ultrò offerente. Reliquis uerò successoribus,
bonorumquè possessoribus ter et ultra solitum quater
uoce Ministerialis Terrestris Gnalis Nobilis Christo:
pheri Czyrowski clamatis, et nec per se, nec per Pleni:
potentem suum comparentibus. Nos cum Consi:
liarijs et Senatoribus regni nostri ad præsentem
conuentum congregatis, latere nostro assidentibus, nec:
non nunciÿs Terrestribus ex ordine equestri ad iudicā:

dab

das causas quarta partis deputatis, attenta submissione
partis citatæ comparentis m̃ contumaciam uerò non compa:
rentis, decreuimus decernimusquè quatenus eadem Anna
Czarnkowska quartam præfatam retentam, m̃ proximè et im:
mediatè celebranda sessione. Cauæ pro sorte sua uxta
supputationem thesaurii persoluat. Sub pœna taxæ m̃ci:
tatione expressæ uert quinquè millium marcarum, quam ia²
ex nunc super citatis m̃ defectu satisfactionis decernimus,
Præfatam uerò Sophiam Radziwiłłowa et reliquos successo:
res. bonorumquè possesores, m̃ toto causæ huero pro toto Insti:
gatori nostro condemnauimus. Iamquè ex nunc èidem In:
stigatori nostro addimus Ministerialem Terræm Genera:
lem cum Nobilibus quoscunquè sibi ad id conducere pote:
rit, ad intromittendum eundem Instigatorem nostrum m̃
omnia bona præfati olim Ioannis Zborowski propria, tàm in
summa principali quàm m̃ pœna superius expressa.
Casu uerò non admissæ uel quouis modo denegatæ possessio:
nis remittimus causam præsentem cum toto eius effectu ad lo:
ci Illius Capitanei. et Capitaneos sub cuius et quorum
Iurisdictione bona citatæ partis consistunt, pro exequutione
finali præmissorum omnium uxta formam iuris et statuti di:
gestionem faciendæ et terminandæ præsentis decreti nostri
urgore. In cuius rei fidem sigillum regni nostri præsen:
tibus est appressum. Datum Varsoniæ in Conuentu re:
gni generali Sabbatho ante Dnicam Misericordiæ proxo.
Anno, Regnorum ut supra. R. Strò Rndiss. m̃pria.

Inter eundem et Palati:
num Culmensem.

Sigismundus &c. Significamus &c.

citatum fuisse ad nos et ad conventum regni generalem Ma:
gnificum Mathiam Konopaczki Palatinum Culmensem et Ca:
pitaneum Graudentinensem. Ad Instantiam Instigato:
ris nostri ex delatione thesauri regni nostri occasione quar:
tæ partis proventuum, ex capitaneatu Graudentinensi pro
anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Quarto Dare pro tem:
pore constitutionibus regni assignato, non exolutæ, prout cita:
tio præfata taxam quingue millium marcar, in se continens
latius de præmissis testatur. In modernis vtaque comi:
tijs termino ex eadem citatione pendente, et huiusque con:
tinuato. Partibus præfatis Instigatore per se, citatu ue:
ro per Nobilem Joannem Hortensium Plenipotentem su:
um coram nobis comparentibus eunque terminum post re:
missionem ad thesaurum pro faciendo calculo ad nos facto
attentantibus. Et citata parte rationibus thesauri pro:
bante, nihil apud se superesse, sed thesauro ex parte sua,
integre satisfactum esse. Instigatore quoque ea non infici:
ante. Nos cum Consiliarijs et Senatoribus
regni nostri ad presentem conventum congregatis latere
nostro assidentibus, necnon cum Nuncijs Terrestribus,
ad iudicandas causas quarte partis ex ordine equestri de:
putatis, eo attento quod ex rationibus thesauri constat,
citatum in toto satisfecisse, ideo eundem citatum a causa
et impetitione.

~~Bo~~ 1299

37

et impetitione Instigatoris nostri absoluimus, liberumque pro:
nunciauimus, absoluimusque et pronunciamus, praseneris
decreti nostri vigore. In cuius rei fidem &c. Datum
Varsouie in conuentu regni generali, Sabbatho ante Dñ:
cam Iubilate proximo. Anno Regnorum ut supra.

Rltō Rndissimi in Chrō 2f.

Inter Cundem et Castel:
lanum Lanciciensem.

Sigismundus &c. Significamus 2f.

Citatum fuisse ad nos ad Conuentum regni generalem litteris
citationis nostrae Magcum Stanislaum Bykowski Castella:
num Lanciciensem Deputatum Rauensem, ex eodem officio de:
putatoris ac bonis illius omnibus Ad Instantiam Instigato:
ris nostri et Reipublicae ex delatione thesauri regni nostri pro:
sterea. Quia ille pretextu officij sui prefati deputatorij,
quo mi exigenda pecunia quartae partis prouentuum, de bo:
nis Reipublicae prouenientium fuerat is est, ex eadem summam
Mille Sexingentorum Quinquaginta Octo florenorum polo:
nicalium grossorum viginti quatuor et denariorum sexdecim,
anni Millesimi Sexcentesimi, anni quoque Millesimi Sex:
centesimi Primi, itidem summam centum quinquaginta florino:
rum polonicalium de pecunia quartae partis Rauam importata
recepit, nec ad aerarium publicum restituere vult. Citando
eundem ad poenas legum contra tales sanitas. Prout cita:
tio prefata taxam quinque millium marcarum pecuniae po:
lonicalis in se continens latius de premissis testatur. In mo:
dernis.

dermis vtagué regni comitijs termino ex eadem citatione
incidente et huiusgué continuato. Partibus præfatis In:
stigatore nostro per se. citata vero per Robilem Joanne
Cieszkowski Plentem suum coram nobis comparentibus. et
Instigatore ex sua citatione proponente, atgué ordinatis:
rem nostram de computandis salarijs deputatorum prs:
ducente, rationibusgué thesauri probante. citatum flo:
renos ducentos ultra rationem sui salarij accepisse. citato
vero expensas cum comitatu sine quo esse non potest,
multo maiores se fecisse allegante, quam id quod in vim
salarij accepit. Nos cum Consiliarijs et
Senatoribus regni nostri ad præsentem conuentum con:
gregatis latere nostro assidentibus. necnon cum Nuncijs
Terrestribus ex ordine equestri ad audiendas causas
quarte partis deputatis, attenta ordinatione nostra, cum
bona deliberatione et consilio senatorum per nos eo Romi:
ne facta, eogué considerato, quod ex rationibus thesauri
nostri, constat citatum florenos ducentos ultra compete
sibi salarium recepisse. Adeo decernendum duximus de:
cernimusgué quatenus idem citatus in proximé et immé:
diate sequenti sessione Rauæ celebranda, eusmodi flo:
renos ducentos ad manus deputatorum reddat, eosgué
in thesaurum Reipublicæ inferat, sub pena taxæ in
citatione expressæ videlicet quingué millium marcarú
quam iam ex nunc super citato et bonis ipsius in defectu
satisfactionis decernimus. Tamgué ex nunc Instiga:
tori nostro addimus Ministerialem Terræm cum Robi:
libus quoscunqué sibi ad id conducere poterit, ad intromit:
tendum eundem in defectu satisfactionis præmissorum

in omnia

m̃ omnia bona citati propria, tam in ipsa summa principali quanta, per citatum ex thesauro recepta correspondenti, grā m̃ taxa supermis expressa. Casu uero non admissa uel quouis modo denegata possessionis, remittimus causam praesentem cum toto eius effectu ad hos illmos capitaneum et Capitaneos, sub cuius et quorum Jurisdictione bona citati consistunt, pro exequutione finali praemissorum omnium, iuxta formam et iuris et statuti dispositionem faciendа et terminanda praesen: tis decreti nostri uigore. In cuius rei fidem rē. Datum Varsouiae in conuentione regni gnāli Sabbatho ante Dñi: cam Misericordiae proximo. Anno Regnorum ut supra.

Altiss Andissimi m Grō Dus Sf.

Inter cundem et
Olęcski.

Sigismundus rē. Significamus Sf.

citatum fuisse ad nos ad conuentum regni generalem Prosum Adamum Olęczki deputatum Reipublicae ad percipiendam Rauae quartae partis prouentuum de bonis nostris prouenien̄, designat, ex eodem officio deputationis ac de bonis illmis om: nibus. Ad Instantiam Instigatoris nostri et Reipub cae ex delatione thesauri regni nostri propterea. Quia ille m̃ annis proxime praeteritis Millesimo Sexcentesimo Tertio. Millesimo Sexcentesimo Quarto. et Millesimo Sexcent: simo Quinto. terna uice uel sessione summam certam pecu: niae, per citatum respectu quartae partis Rauam prouen̄: entem, ni thesaurum regni comportat uezt quingentos gn̄. quaginta florenos priuata authoritate recepit, negue aera: rium publicum restituit. Citando eundem ad poenas legue

Prout citatio præfata taxam quingue millium marcarz-
fyslomciahum in se continens latius de premissis testatur.
In modernis itaque regni comitijs termino ex ead
citatione incidente. et hucusque continuato. Partibus
præfatis tam Instigatore nostro quam citata persona:
liter. coram nobis comparentibus. eumque terminum
attentantibus. Et instigatore nostro ex sua citatio:
ne proponente. atque ordinationem nostram de compu:
tandis salarijs deputatorum producente. rationibusq;
thesaurarii probante. citatum florenos ducentos ultra
rationem sui salarij accepisse. citato vero expensas
multo maiores se fecisse allegante. quam id quod in
eum salarij accepit. Nos cum Consilia:
rijs et Senatoribus regni nostri ad presentem
Conuentum congregatis latere nostro assidentibus. nec:
non cum Nuncijs Terrestribus ex ordine equestri ad
iudicandas causas quarte partis deputatis attenta.
ordinatione nostra. cum bona deliberatione et consilio
senatorum per nos eo nomine facta. eoque considerato.
quod ex rationibus thesaurarii nostri constat citatum ul:
tra competens sibi salarium recepisse. Ideo decernen
duximus decernimusque quatenus idem citatus in
sessione proxime et immediate Rame celebranda eiq:
modi florenos ducentos ad manus deputatorum red:
dat. eosque in thesaurum Reipublice inferat. Sub
pena taxe in citatione expresse vert quingue millium
marcarum. quamiam ex nunc super citato et bonis ipsi:
us. in defectu satisfactionis decernimus. Itaque ex
nunc Instigatori nostro addimus Ministerialem Terren
cum Nobilibus

cum Nobilibus quoscunque sibi ad id conducere poterit, ad
mittendum eundem Instigatorem nostrum in defectu sa:
tisfactionis præmissorum in omnia bona citati propria, tam
in ipsa summa principali quanta recepte quam in taxa supe:
rius expressa. (Asu uero non admissæ uel quouis modo dene:
gata possessionis remittimus causam præsentem cum toto eiꝰ
effectu ad loci illius Capitaneum et Capitaneos. Sub cuius et
quorum Jurisdictione bona citati consistunt. pro execu:
tione finali præmissorum omnium iuxta formam iuris et sta:
tuti dispositionem facienda et terminanda præsentis decreti
nostri uigore. In cuius rei fidem &c. Datum in Con:
uentu regni generali Varsouiæ Sabbatho ante Dñicam
Alsereordiæ proximo. Anno Dñi Regnorum ut sup.

Rltrō Rnārssimi in Xpō Pris 2f.

Inter fundem et Ca:
stellanum Sochaczouien.

Sigismundus rex Scamus 2f.

Vtatum fuisse ad nos Judicium que nostrum regni generalium
Litteris citationis nostræ Prosum Stanislaum Trzcinskei
Castellanum Sochaczouiensem et Capitaneum Rouensem
ex eodem officio Capitaneali bonisque illius omnibus. Ad
Instantiam Instigatoris nostri et Reipublicæ ex delati:
one thesauri regni nostri, ideo quia illem annis proxime ela:
psis Millesimo Sexcentesimo Tertio Millesimo Sexcente:
simo Quarto. et Millesimo Sexcentesimo Quinto. tribus ui:
cibus et terna sessione priuata auctoritate ex pecunia qua:
rtæ partis.

ta partis Rauam a citato et alijs collegis illius m tbe:
saurum Reipublicæ comportata, summam Trecentorum flo:
renorum pecuniæ, recepit, quam hucusquè restituere non vult,
citando eundem ad pœnas legum. Prout citatis præfa:
ta taxam quinquè millium marcarum Polonic. m se con:
tinens latius de præmissis testatur. In modernis
itaquè comitijs termino ex eadem citatione incidente
et hucusquè continuato. Partibus prafatis instigatore
nostro personaliter, citata vero per Generosum
Trzcinski Castellanum Rauensem fratrem su:
um coram nobis comparen°, eumquè terminum attentan:
tibus. Et instigatore ex sua citatione proponente, atq;
constitutiones regni producente, quibus certum salari:
um citato est concessum. Citata vero se reddituriu
esse respondente, si quid ultra competens salarium
sibi recepit. Nos cum Consilianys et Se:
natoribus regni nostri ad præsentem conuentum con:
gregatis latere nostro assidentibus, nec non cum nunci:
is Terrestribus ex ordine equestri ad iudicandas cau:
sas quartæ partis deputatis, attentis constitutionibus
regni, quibus certum salarium Capitaneis Rauensibus
est institutum, decernendum duximus decernimusquè
quatenus idem citatus in sessione proximè et immedi:
atè Rauæ celebranda, id quicquid citatum ultra com:
petens et ordinarium salarium accepisse, ex suppu:
tatione thesauri constiterit, ad manus deputatorum
reddat, atquè in thesaurum Reipublicæ inferat, sub
pœna taxæ in citatione expressæ iudicet quinquè mil:
lium marcs.

lium marcarum quam iam ex nunc super citato et bonis ipsius in
defectu satisfactionis decernimus. Iamquè ex nunc Instiga-
tori nostro addimus, Ministerialem Terrestrem cum Robilibus,
quoscunquè sibi ad id conducere poterit, ad intromittendum eũ:
Item in defectu satisfactionis præmissorum omnium. in omnia bona
citati propria, tàm in ipsa summa principali ultra salarium &c:
cepta, quàm in taxa supernis expressa. Casu verò non admissæ
vel quovis modo denegatæ possessionis remittimus causam præsẽ:
Item cum toto eius effectu ad forillmis Capitaneum et Capitaneos,
Sub cuius et quorum Iurisdictione bona citati consistunt, pro
executione finali præmissorum omnium iuxta formam iuris
et statuti dispositionem faciendâ et terminandâ præsentis de-
creti nostri rigore. In cuius rei fidem &c. Datum Var:
soviæ in Conventu regni generali Sabbatho ante Dñicam Mi-
sericordiæ proximo. Anno. Regnorum ut supra.

R Elatis Endriss. m Brõ sf.

Inter Lundem et
Lissakowsky:

Sigismundus &c. Scamus sf.

Citatum fuisse ad nos ad Conventum regni generalem litteris
citationis nostræ Endrum Iacobum Lyssakowski Tribunũ
Belmensem atquè deputatum Reipublicæ ex delatione Esau:
Rauæ quartam partem proventuum de bonis nostris regalib9
proveniente designatum ex eodem officio designationis atq3
bonis illius omnibus. Ad instantiam Instigatoris nostri

et Reipublicæ ex delatione thesaurii regni nostri pro:
pterea. Quia ille in annis proxime elapsis Millesi:
mo Sexcentesimo Tertio, Millesimo Sexcentesimo
Quarto. Millesimo Sexcentesimo Quinto. terna uice
uel sessione priuata authoritate ex pecunia quarta par:
tis prouentuum Capam illata, summam certam quingentos
quinquaginta florenorum ultra debitum salarium recepit
neque eam restituere uult. Citando eundem ad pœnas
legum. Prout citatio præfata taxam quinquè millium mar:
carum polonicalium in se continens latius de præmissis
testatur. In modernis itaque Comitijs termino ex
eadem citatione et hucusque continuato. Partibus præ:
fatis Instigatore nostro per se. Citata uerò per Nobilem
Jacobum Poniatowski Plenipotentem suum coram nobis
comparentibus, exinque terminum attentantibus. Insti:
gatoreque nostro ex sua citatione proponente. Citata
uerò parte restitutionem eius quod ultra salarium com:
petens penes ipsum esse constiterit ultrò offerente. Nos
cum Consiliarijs et Senatoribus regni nostri
ad præsentem conuentum congregatis latere nostro assiden:
tibus, necnon cum Nuncijs Terrestribus ex ordine eque:
stri ad audiendas causas quartæ partis deputatis, atté:
ta ordinatione nostra cum bona deliberatione et consi:
lio Senatorum per nos eo nomine facta. Ideò decerné:
dum duximus decernimusque quatenus idem citatus in
sessione proximè et immediatè Causæ celebrandæ, id quic:
quid eum ultra competens salarium accepisse ex suppu:
tationibus thesaurii constiterit ad manus deputatorum
reddat.

reddat, atque in thesaurum Reipublicæ inferat. Sub pœna ta:
xæ in citatione expressa uidt quinquè millium marcarum, quâ
ram ex nunc super citato et bonis ipsius in defectu satisfactionis
decernimus. Tamque ex nunc Instigatori nostro damus Mi:
nisterialem Terrestrem cum Requisitis quoscunquè sibi ad id co:
ducere poterit, ad inuestigandum eundem in defectu satisfa:
ctionis præmissorum in omnia bona citati propria, tam in ipsa
summa principali ultra salarium recepta, quam in taxa supe:
rius expressa. Casu uerò non admissæ uel quouis modo deniga:
tæ possessionis remittimus causam præsentem cum toto eius ef:
fectu, ad loci illius Capitaneum et Capitaneos sub cuius et quo:
rum Iurisditione bona citati consistunt, pro exequutione
finali præmissorum omnium iuxta formam iuris et statuti di:
spositionem facienda et terminanda præsentis decreti nri. uigore.
In cuius rei fidem &c. Datum Varsouiæ in Conuentu Regni
generali Sabbato ante Dnicam Misericordiæ proximo.
Anno Dni. Millesimo Sexcentesimo Sexto. Regnorũ ut supra.

Alter Reddit. in Gro Pus 25.

Inter fundem et Castellanum Plocen.

Sigismundus &c. Significamus &c.

Citatum fuisse ad nos ad Conuentum regni generalem litteris
citationis nræ Dnum Stanislaum Sarwaski Castellanum Plo:
censem et Capitaneum Gostinensem, atque deputatum Reip:
publicæ ad percipiendam Rauæ quartam partem prouen:
tuum de bonis nostris regalibus prouenientem, designatum
ex eódem deputationis officio ac bonis illius omnibus. Ad

Instantiam

Instantiam Instigatoris nostri et Reipublicæ, exhibi:
one thesaurarii regni nostri et Reipubcæ ex del Quarille
annis proxime elapsis videlicet Millesimo Sexcentesi:
mo Tertio. Millesimo Sexcentesimo Quarto. et Millesi:
mo Sexcentesimo Quinto. terna vice vel sessione, exce:
cuma quartæ partis Rauam a citato et alijs eius colligis
mi thesaurum regni comportata, summam mille octingento:
rum triginta florenorum privata authoritate recepit. re:
què eam hucusquè in publicum erarium restituere vult.
Citando eundem ad præfata legum. Prout citatio præfata
taxam quinquè millium marcarum polonicalium in se con:
tinens latius de præmissis testatur. In modernis
vtaquè regni Comitijs termino ex eadem citatione in:
cidente et hucusquè continuato. Instigatore nostro pri:
vato liter coram nobis comparente, eumquè terminum at:
tentantibus citato vero ter et ultra formam iuris quater
voce Ministerialis Terrestris Fiscalis Nobilis Cristophe:
ri Czyzowski ad nos clamata et nequè per se nequè per
Plenipotentem suum comparente. Nos cum Con:
silarijs et Senatoribus regni nostri ad præsentem
conuentum congregatis. latere nostro assidentibus, nec:
non cum nunc̃ijs Terrestribus ex ordine equestri ad in:
dicandas causas quartæ partis prouentuum deputatis,
audita Ministerialis prefati relatione de acclamatio:
ne partis citatæ facta, in contumaciam eiusdem adiu:
dicam uero Instigatoris nostri affectationem eandem
partem citatam in toto causæ suæ huius pro toto iuxta co:
tenta citationis et exigentiam causæ præsentis Instigato:
ri nro̅ iudicialiter condemnauimus condemnamusquè id̃
iuxta

iuxta citationem literalem nostram qua citatus fuit in hec
uerba. Sigismundus III. Dei gra Rex Polonie magnus
Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Mazouie, Samogitie, Liuo:
mq; &c. Necnon Suecorum Gothorum Vandalorumque hære:
ditarius Rex. Tibi Egnio Stanislao Garwaski Castellano
Plocensi et Capitaneo Gostynensi atque deputato, Reipubcæ
ad percipiendam Rauæ quartam partem prouentuum de bo:
nis nostris regalibus prouenientem designato, ex eodem offo
deputationis ac bonis tuis vniuersis, mandamus ut in Conuentu
regni generali Varsouie, aut ubicunque locorum proxime et
immediate celebrando, prima die inchoationis illius exclusa
tunc dum causæ emsmodi expedientur, coram Maiestate nra
regia et Consiliarijs regni latere nostro tunc assidentibus pe:
remptorie compareas. Ad Instantiam Instigatoris nostri
et Reipublicæ qui ex delatione thesaurarii regni te citauit ideo
quia tu m annis proximè elapsis tribus videlicet, Millesimo Sex:
centesimo Tertio Millesimo Sexcentesimo Quarto. et Mille:
simo Sexcentesimo Quinto. terna vice uel sessione recepisti, pri:
uata auctoritate pecuniæ ipsius quartæ partis Rauam a te
et alijs collegis tuis m thesaurum Reipublicæ comportata, su:
mam mille octingentorum triginta florenorum pecuniæ quæ
huiusque m arrarium publicum restituere non uis, imo circa
te retines, m damnum fisci nostri et Reipublicæ. Prout ea
tibi m termino latius objacentur et probabuntur. Citatis itaq;
ad restitutionem omnis summæ recepta, et pœnam legum damnaq;
inde secuta, quinque millibus marcis æstimata decernen et
quod iuris ac æquitatis causæ ratio postulat per maiestatem nram
m præmissis sententiari. Sis ad ea omnia m debita iuris re:
sponsurus. Datum Cracouiæ feria secunda post Festum
Sanctorum trium regum proxima. Anno Dni Millesimo

Sexcentesimo Sexto. Itaque minime licet decernimus
decernimusque quatenus pars citata ex bonis suis pro:
prijs pro summa ex pecunia præfata rapta, iuxta ta:
xam supernis expressam satisfaciat. Iniunguè exnunc
ad eiusdem Instigatoris nostri ulteriorem et legittimã
affectationem Ministrialem Terrestrem cum nobilibus
quem et quos sibi conducere potuit eidem Instigatori
nostro addimus, ad intromittendum eundem Insti:
gatorem nostrum in omnia bona citati propria. Cum
quidem intromissionem pars citata denegare datamq;
possessionem præpedire non debet, Sub quadrijs triplica:
tis taxæ præfatæ correspondentibus, nec non quindecim
millium marcarum quas iam ex nunc interponimus,
casu uerò quo citata pars eandem intromissionem de:
negaret, vel possessionem pacificam præpediret, remit:
timus causam præsentem cum toto eius effectu ad locum et
locorum Capitaneos, sub cuius vel quorum Iuris ditione
bona citati præfati propria consistunt pro finali præ:
missorum exequutione, iuxta formam iuris et statuti
dispositionem extendenda et terminanda Sub pœna in
negligentes Capitaneos legibus regni sancita In cuius
rei fidem sigillum rè. Datum Varsouiæ in Conuentu
regni generali Sabbatho ante Dnicam Conductus Paschæ,
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexto Re:
gnorum nostrorum Poloniæ Decimonono Sueciæ Tredec.

Altis. Rndissimi in Xto P. Dñi
Matthiæ Episcopi Sarepten. Loza Epi. Præ:
sidentis R. P. supremi Cancellarij
Interessati.

311
43

Inter fundim et succes:
sores Castellani Lublinens.

S Egismundus 2d. Significamus 2s.
citatos fuisse ad nos ad Conuentum regni generalem litteris ci:
tationis nostre Gnōsos Alexandrum Capitaneum Orzoui:
ensem filium et successorem olim Gnōsi Petri Mijszkowski
de Mirow Castellani Lublinensis, et alios in genere eiusdem
Castellani successores bonorumque illius possessores. Ad In:
stantiam Instigatoris nostri et Reipublice ex delatione
thesaurii regni pro eo Quia prachetus olim pater eorum
existens deputatus authoritate conuentus regni generalis,
Rauam ad percipiendam pecuniam quarte partis prouentuū,
ex bonis nostris regalibus, Reipublice prouenientem, design:
tus bina uice uel sessione annis proxime transactis Millesi:
mo Sexcentesimo Tertio et Millesimo Sexcentesimo Quarto.
ultra salarium competens summam certam indeluit frece:
torum florenorum ex pecunia quarte partis prouentuum,
pruata authoritate recepit, eandemque in erarium publi:
cum non restituit, neque illius successores bonorumque eig:
dem possessores restituere uolunt. Prout citatio prafata
taxam gumque millium marcarum polonic. in se continēs
latius de premissis testatur. In modernis itaq;
regni Comicijs termino ex eadem citatione incidente
et huesque continuato. Instigatore nostro personaliter
coram Iudice nostro comparente, eumque terminum atten:
tante. Citata uero ter et ultra solitum quater uoce Mini:
steriali

strialis Terrestris Generalis Nobilis Stephen Szyro:
wski ad nos clamata, et nec per se. nec per Plenipo:
tentem suum comparentes. Nos cum Consiliari:
is et Senatoribus ad presentem conuentum congrega:
tis lateri nostro assidentibus, necnon cum nuncijs Terre:
stribus ad iudicandas causas quarte partis prouentuu[m]
ex ordine equestri deputatis audita Ministeriali pre:
fati relatione de acclamatione partis citate facta. m[i]c[o]:
tumaciam eiusdem ad legittimam ueri Instigatoris nri
affectationem eandem partem citatam m[i] toto causa suc
cumbere pro toto iuxta contenta citationis et exigentiam cau:
se presentis Instigatori nostro Iudicialiter condemna:
uimus, uti quidem condemnamus, idque iuxta litteralem
citationem nostram qua citati fuerant m[i] hec uerba. Si:
gismundus tertius Dei gratia Rex Polonie magnus Dux
Lithuanie Russie Prussie Mazouie Samogitie Livo:
nieque &c. Necnon Suecorum Gott. Vandalorumque he:
reditarius Rex. Vobis Nobis Alexandro Oycouien[sis]
Capitaneo filio et successori olim Petri Myszkowski de Mi:
row Castellani Lublinensis. et aliis in genere uniuersis eiu:
dem Castellani successoribus bonorumque illius possesso ri:
bus, quorum hic nomina et cognomina pro expressis habe:
re uolumus, m[i] hac parte et causa iudiciis mandamus ut
in conuentu regni generali Varsouie. aut ubicunque locoru[m]
proxime et immediate celebran[dorum] prima die inchoationis illig
exclusa, tunc dum causa eiusmodi expedientur, coram
maiestate nostra regia et consiliarijs regni lateri nro
tunc assessuris peremptorie compareatis. Ad instanti:
am Instigatoris nostri et Reipublice quiuis ex delati:
one tesaurii regni nostri citet pro eo. Qua productus

olim

olim Castellanus antecessor uester, existens deputatus auctoritate, conuentus regni generalis. Rauam ad percipiendam pecuniam quarte partis prouentuum, ex bonis nostris regalibus Regni Reipublice prouenientium designatus bina uice uel sessione sua et aliorum collegarum suorum, annis proxime trâsactis Millesimo Sexcentesimo Tertio. et Millesimo Sexcentesimo Quarto recepit, priuata auctoritate ex eraris publico Rauensi, ipsius quarte partis, ultra salarium nsitatu[m] summam trecentorum florenorum pecunie communis, nec eidem mi tesaurum Reipublice restitutis de hac hac[tenus] sit, neque nos existentes illius bonorum et onerum successores et possessores idipsum prestare uultis hucusque mi damnum fisci nostri quod estimatur contra nos quingue mil libris floremis pecunie, uel prout maiestas nostra decreuerit, ad premissa latius mi terminno obseruanda sis iudicialiter responsurus. Datum Raguse feria secunda post Festum Sanctorum Trium Regum proxima. Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Sexto. Itaque mi uim iuris decreuimus decernimusque quatenus pars citata ex bonis suis propriis pro summa ultra salarium per anticessorem suum recepta, iuxta taxam supernis expressam satisfaciat. Iamque ex nunc ad emsdem Instigatoris nostri ulteriorem et legitimam affectationem Ministrialem Terrestrem cuilibet Robinbus quem et quos sibi conduxerit potierit, eidem Instigatori nostro addimus, ad mittendum eundem Instigatorem nostrum mi omnia bona citatorum propria quam quidem mittionem pars citata denegare, dare, tamque possessionem prepedire non debet, Subuadijs tribuentis taxe prefate correspondentibus, uerbi quindecim millium marcarum, que iam ex nunc interponimus, casu uero

uers quo citata pars eandem remissionem denegaret,
uel possessionem pacificam prepediret, remittimus causam
presentem cum toto eius effectu ad loci et locorum capi:
taneos, sub cuius uel quorum Iurisditione bona citati
prefati propria consistunt, pro finali premissorum om:
nium exequtione, iuxta formam iuris et statuti di:
spositionem faciendam et terminanda. Sub pena in
neglgentes capitaneos legibus regni sancita presen:
tis decreti nostri urgore. In cuius rei fidem &
Datum Varsouie in conuentu regni generali Sab:
bato ante Dnicam Misereuerdie proxime. Anno
Regnorum ut supra. Altis Andissimi m Sbrō 2e.

Inter tandem et sue:
cores Palatini Rauensis

Sigismundus 2e Significamus. 2e
citatos fuisse ad nos ad conuentum regni generalem
litteris citationis nostre m genere uniuersos successo:
res et possessores bonorum Illris et Magci olim Petri
Marcbiomis de Mirow Myszkowski Palatini Rauen
et Capitanei Becmensis. Ad instantiam Instigato:
ris nostri et Reipublice ex delatione thesauri re:
gm nostri ratione quarte partis prouentuum, duplo
ex bonis predicti Capitaneatus Becmensis pro anno
Millesimo Sexcentesimo per olim antecessorem illorū
non persoluta. Prout citatio prefata taxam quin:
que millium marcarum polonicalium in se continens
latiùs

latius de præmissis testatur. In modernis itaque regni Co:
mitijs termino ex eadem citatione incidente, et sueusque conti:
nuato. Partibus prafatis Instigatore nostro per se citata ue:
rò per Nosum Joannem Sutkowski Notarium Castrensem
Korczÿnensem Plenipotentem suum coram nobis comparentibus,
eumque terminum attentantibus. Et Instigatore grauidem ex sua
citatione proponente, citata uerò eam retentionem quarta non te:
nere, sed propter intruenientem mortem defuncti Palatini accidis:
se respondente. Nos cum Consiliarijs et Senatoribus
regni nostri ad praesentem conuentum congregatis latere nostro
assidentibus. Necnon cum nuncijs Terrestribus, ad iudican:
causas quarte partis ex ordine equestri deputatis, attenta sub:
missione partis citate decernendum duximus determinamusque
quatenus eadem pars citata retentam pensionem quarte par:
tis quod ex supputatione Thesauri nostri constiterit, in pro:
xime et immediate futura sessione Pentecostes Dni Nau
exoluat. atque in Thesaurium nostrum inferat. Sub pena ta:
xe in citatione expressa. uert quindecim millium marcarum
Polonicalium, quam iam ex nunc super parte citata in defe:
ctu satisfactionis praemissorum decernimus. Tamque ex nuc
Instigatori nostro addimus Ministerialem Terrestrem cui
Nobilibus quoscunque sibi ad id conducere poterit, ad mitto:
mittendum eundem in defectu satisfactionis praemissorum,
in omnia bona citate partis propria, tam in ipsa sum
principali quarta, quam in taxa superius expressa. Casu
uero non admisse uel quouis modo denegate possessionis
remittimus causam presentem cum toto eius effectu, ad lo:
ci illius Capitaneum et Capitaneos, sub cuius et quorum
Jurisdictione bona citatorum consistunt, pro exequutione
finali praemissorum omnium. iuxta formam iuris et statuti
dispositionem

dispositionem faciendaet terminanda. sub poena mine:
ghgentes Capitaneos Legibus regni sanctâ, praesentis
decreti nostri vigore. In cuius rei fidem &c. Datum
Varsoviæ in conventu regni generali Sabbatho ante
Dnicam Misericordiæ proximo. Anno Regnor ut sup.

Ill^tis Rndissimi mis^rs &c.

Interfundim et Succamerarium Cracovien.

Sigismundus &c. Significamus &c.
citatum fuisse ad nos ad conventum regni generalem
litteris citatoriis nostræ Nossum Stanislaum Ziko:
vskei de Wojslawice Succamerarium Cracovien,
antea teloneorum regni tenutarium et administrato:
rem ex officio eiusdem administrationis &c omnibus
bonis illius Ad Instantiam Instigatoris nostri ex
delatione Thesaurarii regni nostri, ratione quartæ partis
proventuum, ex tenuta eorundem teloneorum pro anno
Millesimo Sexcentesimo Quarto proventuum. Ra:
tam pro tempore constitutionibus regni expresso non il:
latæ. Prout citatio prafata taxam decem millium mar:
carum polonicalium, mist continens latius de præmissis te:
statur. In modernis itaque regni comitijs ter:
mino ex eadem citatione tum et arresto condemnationis
in Cancellaria nostra nomine citati per Nobilem Stani:
slaum Dameczki facto incidente, et hucusque continua:

to

to. Instigatore nostro personaliter coram nobis comparen²
rumque terminum attentante. Citata ueró ter et ul:
tra solitum quater uoce Ministerialis Terrestris gna:
lis Nobilis Christoferi Czyzowski ad nos clamata, et nec
per se, nec per Plenipotentem suum comparente. Nos
cum Consiliarijs et Senatoribus regim nri, ad pre:
sentem conuentum congregatis, latere nostro assidentibus,
necnon nuncijs Terrestribus ex ordine equestri ad udia².
das causas quarte partis deputatis audita Ministeriahs
præfati relatione de acclamacione partis citate facta in co²:
tumaciam eisdem. Ad legittimam ueró Instigatoris no:
stri affectationem, eandem partem citatam in toto causæ suæ
lucro pro toto uxta continta citationis et exigentiam
causæ præsentis Instigatori nostro uidendum et condi:
mnauimus, condimnamusque, idque uxta citationem no:
stram qua citatus fuerim hæc uerba. Sigismundus
tertius Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ
Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Liuoniæque ²c Nec:
non Suecorum Gothorum Vandalorumque hæreditarius
Rex. Tibi Inoso Stanislao Czikowski de Woiska:
wice Succamerario Craconiensi, et antea thelonearum
regni tenutario et administratori, ex officio eisdem
administrationis ac omnibus bonis illius mandamus
quatenus coram nobis et Consiliarijs regnim Conuentu re:
gni generali Varsouiæ aut ubinis locorum prius et pro:
ximius celebran², sexta die ab inceptione conuentus eig:
dem prima tamen exclusa personaliter et peremptorie co².
pareas. Ad Instantiam Instigatoris nostri qui ex de:
latione thesauri regni te citat ideó Qua tu habens in
tenuta possesione et administratione tua, telonea regni,

ex tenuta

exactenuta eorundem teloneorum pro anno Dñi Millesi:
mo Sexcentesimo Quarto proueniente, Ratam pro
tempore constitutionibus regni expresso, non minuisti,
nec exoluisti, in damnum fisci nostri et Reipubcæ. quod
contra te decem millibus marcarum pecuniæ polonica:
lis æstimatur. in quo te condemnari et ad solutionem
quartæ præfatæ prouentuum decreto nostro stringi et
compelli. attentaturus ad præmissaque omnia latius
in termino objcienda et probanda iudicialiter respon su:
rus. Datum Cracoviæ feria secunda, post Festum Sã:
cti Martini proxima. Anno Dñi Millesimo Sexcen:
tesimo Quinto. Itaque in uim luris decernimus, de:
cernimusque quatenus pars citata, ex bonis suis pro:
prijs, pro summa ex retenta quartæ proueniente, iuxta
taxam superius expressam satisfaciat. Iamque ex
pnnc ad eiusdem Instigatoris nostri ulteriorem et le:
gitimam affectationem, Ministerialem Terrestrem cũ
Nobilibus quem et quos sibi conducere poterit, eidem
Instigatori nostro addimus, ad mittendum eund
Instigatorem nostrum, in omnia bona citati propria,
Quam quidem intromissionem pars citata denegare, da:
tamque possessionem præpedire non debet. Sub uadijs tri:
plicatis taxæ præfatæ correspondentibus, uidz triginta
millium marcarum grauiam, ex nunc interponimus, Ca:
su uero quo citata pars eandem intromissionem denega:
ret uel possessionem pacificam præpediret, remittimus
causam præsentem cum toto eius effectu ad loci et lo:
corum Capitaneos, sub cuius uel quorum iurisdictione,
bona citati præfati propria consistunt, pro finali præ:
missorum omnium executione iuxta formam iuris et
statuti

statuti dispositionem faciendam et terminandam Sub pœna m ne:
ghgentes Capitaneos legibus regni sancita præsentis decreti nostri
uigore. In cuius rei fidem sigillum regni re². Datum Varso:
uiæ m Conuentu regni generali Sabbatho ante Dnicam Miseri:
cordiæ proximo. Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Sexto.
Regnorum nostrorum Poloniæ Decimonono Sueciæ Iredec°.

Illtis Rndissimi m Cors Pus 2ſ.

Inter fundim et successores Tarlo.

Sigismundus re' Significamus 2ſ.

Citatos fuisse ad nos ad Comitia regni litteris citationis nostræ
um uersos m genere olim Dnsi Stanislai Tarlo bonorum no:
storum Capitaneatus Sochaczouensis tenutarij successores, et
bonorum illius quouis modo possessores, de bonis illorum omnibus.
Ad Instantiam Instigatoris nostri et Reipublicæ ex delore
thesauri regni ratione quartæ partis prouentuum, per dim ante:
cessorem illorum ex bonis Capitaneatus præfati Sochaczouien'
pro anno Millesimo Cumgentesimo Nonagesimo Nono non exo:
lutæ. Prout citatio præfata taxam gungue millium marcar
solomeahium m se continens latius de præmissis testatur. In
modernis itaque regni Comitijs termino ex eadem citatione
minidente et buusque continuato. Instigatore nostro persona:
liter coram nobis comparente, eumque terminum attentante.
Citata uero ter et ultra solitum quater uoce Ministerialis Ter:
restris generalis Nobilis Christoferi Czyzowski ad nos cla:
mata. et nec per se, nec per Plenipotentem suum comparente. Nos
cum Consiharijs et Senatoribus regni nostri ad præ:
sentem conuentum congregatis. latere nostris assidentibus, necnon

cum

cum nuncijs Terrestribus ex ordine equestri ad iudican^d
causas quartæ partis deputatis audita Ministerialis præfa:
ti relatione de acclamatione partis citatæ facta, m contu:
maciam eiusdem ad Iuridicam uers Instigatoris nostri af:
fectationem eandem partem citatam m toto causæ suæ lucis
pro toto Instigatori nostro iudicialiter condemnauimus,
condemnamusque idque iuxta citationem litteralem ns:
tram, qua citati fuerant m hæc uerba. Sigismun:
dus tertius Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Li:
thuaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Liuoniæq;
&c. Necnon Suecorum Gothorum Vandalorumque hære:
ditarius Rex. Vobis m genere uniuersis olim Inssi Sta:
nislai Tarlo, bonorum nostrorum capitaneatus Lochaco:
uiensis tenutarij successoribus, et bonorum illius quouis
uis possessoribus, quorum hic nomina et cognomina pro
expressis habere uolumus, m hac parte et causa mdiui:
gis una cum tutoribus uestris si aliqui illis opus habent,
de omnibus bonis uestris mandamus, quatenus coram nobis
et Consiliarijs regm m Conuentione regni generali Varsoviæ
aut ubiuis locorum prius et proximus celebran^d prima die
inchoationis eiusdem exclusa personaliter et peremptorie
compareatis. Ad Instantiam Instigatoris nostri et
Reipublicæ. Qui ex delatione Thesaurarij regm nos citat ideò.
Quia præductus prædecessor uester possidens bona, tenutæ
præfatæ capitaneatus Lochaczouiensis, quartam partem pro:
uentuum iuxta regestra lustratorum seu reuisorum ex præ:
dictis bonis prouenientium, pro anno Dm Millesimo Quingen:
tesimo Nonagesimo Nono non exoluit, nec uos idipsum præ:
stare uultis, m damnum fisci nostri et Reipublicæ, quod
contra uos quinquè millibus marcarum pecuniarum taxat,
m quo uos condemnari, et ad solutionem restitutionemque
eiusdem.

eiusdem quarte partis prouentuum decreto nostro compelli.
iudicialiter sitis attentaturi. Datum in noua ciuitate Kor:
czyn feria quarta post festum Sancti Martini Pontificis
proxima. Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo. Itaque
in uim huius decreuimus decernimusque quatenus par
citata ex bonis suis propijs pro summa ex retenta quarta
proueniente, iuxta taxam superius expressam satisfaciat.
Itamque ex nunc ad eiusdem Instigatoris nostri ulteriorem
et legitimam affectationem Ministerialem Terrestrem Ina:
lem, cum Ksibitibus quoscunque sibi ad id elegerit, eidem In:
